



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 100. Pontificis responsum an eundem Archiepiscopum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

„& oblivione perpetua deleantur; fu-  
 „gatis tenebris lux rediit, Gallicani  
 „Cleri ita tibi perspecta ac nudata mente,  
 „serenus nobis, ac placidus effulgebis.  
 „Verebuntur adversarii, nihil malum  
 „habentes dicere de nobis. Sane jam  
 „a remotissimis retro sæculis in colen-  
 „dis, tuendisque Sanctissimis Pontifici-  
 „bus nulla par fuit, tantum abest, ut  
 „processu temporis deficiat, aut immi-  
 „nuatur, quam a Patribus accepimus,  
 „in Romanam Sedem, & Beatitudi-  
 „nem vestram observantia; imo me  
 „Duce, me Authore, me suasore, me  
 „conciliatore crescet in dies. Assiduis  
 „votis, jugibusque Sacrificiis Sancti-  
 „tati vestræ incolumitatem, quietem,  
 „annos multos, & felices, æternam  
 „Salutem studiosus apprecor.,

Sæc. XVII.  
 A. C. 1706.

§. C.

*Pontificis responsum ad eundem  
 Cardinalem.*

Tandem Pontifex hac Cleri explica-  
 tione contentus, die decima septi-  
 ma Augusti has ad Archiepiscopum  
 Cardinalem dedit literas: „Quam grata  
 „nobis fuerit circumspeditionis tuæ Epi-  
 „stola de recto, & huic sacræ Sedi ob-  
 „sequenti tuo, & Co-Episcoporum tuo-  
 „rum sensu, quamvis alias ita expres-  
 „so,

Sæc. XVII. „so, ut nobis probari minime potuerit, fa  
 A. C. 1706. „tis tibi nuper aliis nostris literis expo  
 „cavimus. Quod autem privato ne  
 „mine perscribis, te, sicut communis  
 „omnium obsequia lætus, ac libens ex  
 „hibuisti, ita peculiari tua erga nos  
 „& eandem Sedem observantia, & obe  
 „dientia, cæteris omnibus, non social  
 „solum, verum etiam anteire, laude  
 „mus impense propositum tuum, no  
 „bisque omnia pollicemur de singulari  
 „pietate ac fide circumspectionis tue.  
 „Tibi enim, qui amplissimum in Ec  
 „clesia locum obtines, & illustri æde  
 „Christi gregi sancta cum laude pieta  
 „tatis, cæterarumque virtutum exem  
 „plo præsides, satis perspectum esse  
 „non dubitamus, quantum studii, hoc  
 „præsertim tempore, a nobis aliisque  
 „qui in partem sollicitudinis nostræ ve  
 „cati sunt, adhibendum sit in tuenda  
 „sana doctrina, evertendisque errori  
 „bus, qui nimis in dies serpunt, &  
 „magnam, nisi sedulo coerceantur, Ec  
 „clesiæ Dei perniciem intentant. Id  
 „vero a quopiam pro Pastoralis Minis  
 „terii debito, nec præstari utilius, nec  
 „obteneri securius potest, quam si om  
 „nes Petræ illi semper adhæreant, su  
 „per quam ædificatam Ecclesiam sci  
 „mus, caveantque inprimis ab iis, qui  
 „semper in circuitu ut impii, ambu  
 „lantes

„lantes, eo tandem collimare noscun- Sæc. XVII.  
 „tur, ut firma, & inconcussa hujus A. C. 1706.  
 „sanctæ Sedis judicia impetere, seu  
 „aliquo modo convellere, vel in du-  
 „bium revocare præsumant. Hæc Te,  
 „dilecte Fili Noster, bene nosse summo-  
 „pere gaudemus, dum pro eximio, quo  
 „polles, animo, & singulari, quam  
 „profiteris, dictæ Sedi reverentia, ultro  
 „nobis spondes, te enixe curaturum,  
 „ut vetus Gallix Cleri erga Beati Petri  
 „Cathedram cultus, atque obedientia,  
 „te Duce, te cultore, te suasore, te  
 „Conciliatore crescat in dies. Nostrum  
 „propterea omne, atque ejusdem Se-  
 „dis erga te studium & amorem tuendis  
 „rebus, ac dignitati tuæ scias minime  
 „defuturum, tibi que interim Apostoli-  
 „cam Benedictionem peramanter im-  
 „pertimur.,

Ex harum literarum verbis patere videtur, quod Episcopi Gallix non prætendant summi Pontificis judicium saltem in re ad dogma accedente dijudicare; certum autem est, quod Parliamentum Parisiense, aliaque quaslibet Pontificis Constitutiones, non raro reclamantibus etiam Regibus, atque etiam incassum exilia comminantibus, dijudicandi, rejiciendi, earumque executionem præpediendi auctoritatem sibi attribuant, imo causas quoque spiri-  
 tuales

**Sæc. XVII.** tuales & Sacramentales ad suum tr  
 A. C. 1706. bunal, frustra Pontifice, Rege, Clero  
 & Episcopis contradicentibus rapiant  
 E contrario majorem hac in re reve  
 rentiam testatus est Ludovicus Rex, qui  
 eodem tempore, quo Cleri Gallicani  
 Præsules suas explicationes Romanæ  
 miserant, summo Pontifici rescriptum  
 eumque certiore reddidit, quod semper  
 paratus foret, venerationem summæ  
 premo Ecclesiæ Capiti, & Jesu Christo  
 in terris Vicario debitam sua auctori  
 tate tueri.

## §. CI.

*Caspari Juenin Institutiones Theo  
 logicae proscriptæ.*

*P. Honoré  
 obs. dogm.  
 sect. 4.  
 pag. 216.  
 Dupin Hist.  
 Eccl. tom. 4.  
 p. 408.  
 Argentre  
 l. c. pag.*

Jam anno prioris sæculi nonagesimo  
 sexto Caspar Juenin Parisini Orator  
 Sacerdos ac olim in pluribus Semina  
 riis Theologiæ Professor suas Institutio  
 nes Theologicas ad usum Seminariorum  
 Lugdunensibus literis excudi fecerat.  
 easque anno Christi millesimo septimo  
 gentesimo plurimum auctas Parisiis e  
 diderat. Quamprimum hoc opus pu  
 blicam lucem aspexerat, mox illud  
 plures Franciæ Episcopi, atque inter eos  
 etiam Tullensis in suis Seminariis præ  
 legi jusserunt, Bisuntini vero Seminariorum  
 Præsules has institutiones vehementer  
 im-